

OFFICIUM.

**IN SACROSANCTA
MAXIME Q; COMMEMORANDA
FESTIVITATE TRANSFIXIONIS,
SEV ANGVSTIARVM SACRARVM DEIPARÆ
GLORIOSISSIMÆ, ATQVE SEMPER
VIRGINIS MARIAE.**

QVAE.

Pro præclara Basilica, in eius cælebri Titulari, si Parochiali, Re-
gali Ecclesia Granatensi nona Februarij ce-
lebratur die.



CVM LICENTIA.
MATRITI. Ex Typographia Regia,
Anno M. DC. XX XVIII.



VERDADERO RETRATO DE LA MILAGROSA IMAGEN DE
NUESTRA SEÑORA DE LAS ANGVSTIAS . . .

AD MISSAM

INTROITVS.



EGO autem in Domino sperabo: & leta bor in tua misericordia: quia respexisti humilitatem meam.

Psa. 30. Psalm. In te Domine speraui non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.

ψ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, &c.

Gloria in Excelsis Deo &c.

Oratio.

Interueniat pro nobis quaesumus Domine Iesu Christe apud tuam clementiam nunc, & in hora mortis Gloriosa Virgo Maria mater tua: cuius sacratissimam animam in hora benedictæ passionis tuæ doloris Gladius pertransiuit. Qui uiuis, &c.

LECTIO libri Ruth.

Cap. 1. **V**enit Noemi cum nuru sua Ruth moabithide in Bethleem: quibus urbem ingressis, uelox apud cunctos fama percurrebit. Dicebantque mulieres. Hęc est illa Noemi? Quibus ait. Non uocetis me Noemi, id est pulchrā; sed uocate me Marath, hoc est a-

mara: quia amaritudine valde repleuit me omnipotēs. Egressa sum plena: & uacuum reduxit me Dominus. Cur igitur uocatis me Noemi: quam Dominus humiliavit, & afflixit omnipotens? Dedit autem illi Dominus, ut nurus eius conciperet, & pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Noemi. Benedictus Dominus, qui non est passus, ut deficeret successor familiae tuę, & uocaretur nomen eius in Israel: & habeas qui consoletur animam tuam: & enutriet senectutem. De nuru enim tua natus est, qui te diligit, & multo tibi melior est: quam si septem haberes filios. Susceptumque Noemi puerū, posuit in sinu suo: & nutricis ac gerulę fungebatur officio. Vicinę autem mulieres congratulantes ei & dicentes: natus est filius Noemi: uocauerunt nomen eius Obeth. Graduale.

In Deo speraui cor meum: & adiuta sum, & re floruit caro mea: & ex uoluntate mea confitebor illi.

ψ. Ad te Domine clamaui Deus meus ne filias, ne discedas a me. Alleluia, alleluia. ψ. Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eū

Psa. 27

Psa. 50

in fir-

in firmamento virtutis eius. Alle-
luia. Tempore Pasche. omittitur
Graduale, & additur sequens.

ψ. Laudate eum in virtutibus eius
laudate eum secundum multitu-
nem magnitudinis eius. Alleluia.

A Septuagesima vsque ad Pascha
Tractus. Commouisti Domine
terram: & conturbasti eam. ψ. Sa-
na cōtritiones eius: quia commo-
ta est. ψ. Ostendisti populo tuo du-
ra. ψ. Potasti nos vino compun-
ctōnis.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

IN illo tempore: erant Ioseph,
& Maria mater Iesu mirantes
super his, quæ dicebantur de illo.
Et benedixit illis Symeon: & di-
xit ad Mariam matrem eius. Ecce
positus est hic in ruinam, & resur-
rectionem multorum in Israel: &
in signum, cui contradicetur. Et
tuam ipsius animam pertransibit
gladius: vt reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. Credo.

Offert. Benedicite gentes Domi-

num Deum nostrum, & obaudite
vocem laudis eius: quia posuit ani-
mam meam ad vitam, & non de-
dit commoueri pedes meos: bene-
dictus Dominus, qui non amouit
deprecationem meam, & miseri-
cordiam suam à me.

Secreta.

MVnera quæsumus Domi-
ne oblata sanctifica, & per
Transfixionem sanctissimæ Geni-
tricis corda nostra tuo amore red-
de transfixa. Qui viuis & regnas
in vnitae,

Præfatio. E t te in Transfixione
beatæ Mariæ, &c.

Commu: N arrabo omnia mira-
bilia tua: letabor, & exultabo in
te: psallam nomini tuo altissime.

Post Comun.

QVæsumus omnipotens, &
misericors Deus: vt sacra-
menta, quæ tibi pro Transfixione
tuæ genitricis obtulimus, mente,
& corpore tibi nos faciant esse
transfixos. Qui viuis & regnas in
vnitate Spiritus Sancti Deus, &c.

*El Arçobispo Inquisidor General mi señor, Comissario General de la
santa Cruzada, da licencia para que se pueda imprimir esta Missa en
la Imprenta Real desta Corte. En Madrid à 4. de Febrero de 1638.*

*Iuan de Olazaua
Secretario.*